

Hoc invidendi fabrica corporis,  
 Flagrantiorumq; agmina febrium,  
 Certissimis signis notata,  
 Ingenij monumenta monstrant.  
 At nunc scatebras queis acidus liquor  
 Prorumpit, ægri corporis inclutum  
 Levamen, exertas in auras  
 Non sine judicij bilance  
 Exactiori. Scilicet ingeni  
 Cuiq; stat palmarium in æthere  
 Liberrimo fixum, petendum  
 Mentibus egregijs sacro  
 Quid ustulatas igne cerebrigena  
 In monte Apertæ purificat Dea:  
 Hoc ambitu sequaciori  
 Flos Heliconiadum petiscas,  
**GRASSECCIORVM** gloriam adorea  
 Recentiori semper adaugeas.  
 Nec ringere invidentis ævi  
 Lipidulam intuitus loquellam.  
 Iniquior præsens novioribus  
 Si serpet ætas sætibus, (haud recens)  
 At gloria comante sereto  
 Timpora postgeniti implicabunt.  
 Benivoli adfectus ergo f.  
 â Leonhar: Angelo P. C.

**F I N I S.**